conversati sunt in ecclesia et docuerunt
turbam multam ita ut cognominare-
tur primum antiochie discipuli christiani.
In hiis autem diebus ab ierosol- xxxvi
limis prophete supervenerunt antyochi-
am. Et surgens unus ex eis nomine
agabus significavit per spiritum famem
magnam futuram in universo orbe
terrarum. que facta est sub claudio.
Discipuli autem prout quis habebat pro-
posuerunt in ministerium mittere habi-
tantibus in iudea fratribus. Quod et fecerunt
mittentes ad seniores per manus barnabe
12 Eodem autem tempore xxxvii et sauli.
misit herodes rex manus ut af-
fligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem
iacobum fratrem iohannis gladio. Videns
autem quia placeret iudeis apposuit
apprehendere et petrum. Erant autem
dies azimorum. Quem cum apprehendisset
misit in carcerem tradens quatuor
quaternionibus militum custodiendum
volens post pascha producere eum populo.
Et petrus quidem servabatur in carcere.
oratio autem fiebat sine intermissione ab
ecclesia ad deum pro eo. Cum autem productu-
rus eum esset herodes in ipsa nocte e-
rat petrus dormiens inter duos mili-
tes vinctus catenis duabus et custo-
des ante ostium custodiebant carcerem.
Et ecce angelus domini astitit et lumen
refulsit in habitaculo. Percussoque late-
re petri excitavit eum dicens Surge
velociter. Et ceciderunt catene de ma-
nibus eius. Dixit autem angelus ad eum
Precingere et calcia te caligas tuas.
Et fecit sic. Et dixit illi Circumda tibi
vestimentum tuum et sequere me. Et
exiens sequebatur eum et nesciebat
quia verum est quod fiebat per angelum.
Estimabat autem se visum videre. Tran-
seuntes autem primam et secundam custodi-
am venerunt ad portam ferream que
ducit ad civitatem que ultro aperta
est eis. Et exeuntes processerunt vicum
unum et continuo discessit angelus
ab eo. Et petrus ad se reversus dixit
Nunc scio vere quia misit dominus angelum
suum et eripuit me de manu hero-
dis et de omni expectatione plebis iu-
deorum. Consideransque venit ad do-
mum matris iohannis marie qui cog-
nominatus est marcus ubi erant
multi congregati et orantes. Pulsan-
te autem eo ostium processit puella ad vi-
dendum nomine rode. Et ut cogno-
vit vocem petri pre gaudio non aperuit
ianuam sed intus currens nuntia-
vit petrum stare ante ianuam. At
illi dixerunt ad eam Insanis. Illa
autem affirmabat sic se habere. Illi autem
dicebant Angelus eius est. Petrus autem
perseverabat pulsans. Cum autem aperuis-
sent ostium viderunt eum et obstu-
puerunt. Annuens autem eis manu ut
tacerent narravit quomodo dominus e-
duxisset eum de carcere dixitque Nun-
tiate iacobo et fratribus hec. Et egressus
abiit in alium locum. xxxviii
Facta autem die erat non parva tur-
batio inter milites quidnam
de petro factum esset. Herodes autem
cum requisisset eum et non invenisset
inquisitione facta de custodibus iussit
eos duci. Descendensque a iudea in ce-
saream ibi commoratus est. Erat autem
iratus tyriis et sydoniis. At illi una-
nimes venerunt ad eum et persuaso
blasto qui erat super cubiculum regis
postulabant pacem eo quod alerentur
regiones eorum ab illo. Statuto autem die
herodes vestitus veste regia sedit pro